



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 40. Ejusdem latina, & Gallica Sacræ Scripturæ versio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

habitus in ejus ædes recipiebatur, il- Sæcul. XVI.  
 liasque opera in Collegio Genevensi Re- A. C. 1563.  
 ctor nominatus est, quo etiam munere  
 per tres annos fungebatur: anno au-  
 tem Christi millesimo quingentesimo  
 quadragesimo quarto aliud domicilium  
 quærere, suumque officium abdicare  
 coactus est, eoquod privatas quasdam  
 opiniones propugnasset, quamvis Cal-  
 vinus datis literis testatus esset, quod  
 sponte sua Rectoris munere abierit, ac  
 tanta prudentia se gesserit, ut Pastoris  
 officio dignus haberetur, illumque ab  
 hoc munere unice privata quædam opi-  
 nio, quam circa Cantica Canticorum,  
 & articulum de descensu Christi ad in-  
 feros tenuisset, præpedierit, atque hæc  
 unica fuerit causa, ob quam Geneva  
 discessisset.

§. XL.

*Ejusdem Latina, & Gallica Sacrae  
 Scripturae versio.*

Cum Castalio idiomatum, & præci- Henrici  
 Etien apol.  
 d' Herod.  
 l. 1. c. 14.  
 pag. 96.  
 Simon hist.  
 critiq. du V.  
 Test. l. 2.  
 c. 25. p. 349.  
 pue hæbraici peritia clarus esset;  
 sacras literas latine, & Gallice reddere  
 aggrediebatur, cujus tamen labor a  
 quibusdam commendatus, ab aliis vero  
 damnatus fuerat: nam præprimis ab  
 omnibus in sua latina versione redar-  
 guebatur, quod infusa Religiositate  
 nonnisi purioris latinitatis voces ad-  
Hist. Eccles. Tom. XLVII. P hibernere

Sæcul. XVI. hibernæ studens loco *Angeli, Baptismi,*  
A.C. 1563. *Ecclesiæ, Synagogæ* posuerit, *Genium, lo-*  
*tionem, Rempublicam, Collegium,* plura-  
 que alia: insuper eidem crimini datum,  
 quod in sua versione Gallica in opposi-  
 tum vitium declinans vocibus triviali-  
 bus, & barbaris usus fuerit, quamvis  
 in hoc minus, ac plures asserebant, er-  
 rasse videatur. Ceterum latinam suam  
 versionem Anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo quadragésimo secundo Ge-  
 nevæ inchoavit, eique postremam ma-  
 num Anno a partu Virgineo millesimo  
 quingentesimo quinquagesimo, Basileæ  
 admovit, quam etiam Anno sequenti  
 typis vulgavit, illamque Eduardo An-  
 glie Regi nuncupavit, anno autem  
 millesimo quingentesimo quinquagesimo  
 quarto eam secundo, ac demum tertio  
 prælo circa annum Domini millesimum  
 quingentesimum quinquagesimum sex-  
 tum subiecit: editio tamen Anno Sal-  
 vatoris millesimo quingentesimo septua-  
 gesimo tertio facta ceteris magis cele-  
 bratur. Versio denique Gallica Hen-  
 rico II. nuncupata Anno post Christum  
 natum millesimo quingentesimo quin-  
 quagesimo quinto Basileensibus literis  
 excusa prodiit, latina vero versio ite-  
 rato prælo unacum additionibus Lipsiæ  
 vulgata fuit.

Porro

Porro Castallio relicta Geneva Basileam contendit, ubi linguam Græcam tradere jussus, reliquos vitæ suæ dies ibidem transegit, donec die vigesima nona Decembris anno ætatis suæ quadragesimo octavo decederet ex lue pestilenti, quæ hoc anno vehementer per totam Germaniam grassata est, adeo, ut Francofurti, Norimbergæ, Magdeburgi, Hamburgi, Dantisci, & per civitates Vandalias, ac maritimas in autumno uno plusquam trecenta millia hominum hæc contagies absumeret: porro Castallio sepultus est in Majori Ecclesia Basileensi, funus curantibus tribus Polonis nobilibus, qui olim ejus Scholam frequentantes, Magistri sui monumentum honorifica inscriptione decorabant.

§. XLI.

*Alia ejusdem Auctoris opera.*

Hic idem Scriptor Basileensibus literis excudi curabat quatuor Dialogorum libros, in quibus celebriores sacri Codicis historię eleganti sermone latino descriptæ continentur, hocque opus postea iterato prælo prodiit: elucubrabat pariter anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo sexto unacum annotationibus Sybillarum carmina, quæ ipse versibus, ut vo-

Sæcul XVI.  
A. C. 1563.

*Epit. Bibl.  
Gesneri  
pag. 745.*

P 2 cant,